



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Art. I. Quæ sint excommunications non reservatæ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

DUBIUM IV.

Ob quas causas incurratur excommunicatio Major.

Cum hæ multæ sint, variae sunt etiam excommunications, quæ in 4. potissimum classes dividuntur: nam aliæ nulli, aliæ Episcopo, aliæ Pontifici per Bullam Cœnæ, aliæ eidem extra illam reservantur.

ARTICULUS I.

Quæ sint excommunicationes non reservatae?

Resp. I. Ex jure antiquo usitatores sunt sequentes.

Contra Omnes. 1. In vexantes Ecclesiasticos, quod non elegerint eum, pro quo rogati fuerant. 2. In directores Monialium, si foveant discordias in electione. 3. In extorquentes absolutionem à censura per vim, aut metum. 4. In compellentes Ecclesiasticos, ut laicis submittant jura Ecclesie. 5. In docentes leges, vel medicinam religiosos, qui dimiserunt habitum, vel eos retinentes in suis scholis. 6. In sepelientes tempore interdicti, vel vel manifestos usurarios. 7. In impedientes visitatores Monialium. 8. In Contrahentes matrimonium in gradibus prohibitis, vel cum Monialibus.

9. In

prim

præc

recep

vend

Prof

recep

nistr

fove

Ca

stitu

med

ras

sc

cant

clesi

gnar

cont

ficti

præf

Co

dici

miti

insti

Prin

Præ

Ata

tur

d.3

I

seq

1. In

apu

9. In edentes Glossas in Tridentinū. 10. In imprimentes libros sine superiorum licentia. 11. In præcipientes suis subditis, ne officia communia reipublicæ exhibeant Ecclesiasticis, v. g. ne iis vendant, coquant panes, &c. 12. In Doctores & Professores non facientes professionem fidei, ubi recepta est Bulla Pii IV. 13. In negligentes administrare justitiam Ecclesiasticis. 14. In potestates toventes usuras.

Contra Clericos. 1. In Clericos in dignitate constitutos, aut Sacerdotes, audientes publicè jus, aut medicinam. 2. In Sacerdotes recipientes præfecturas seculares. 3. In Clericos minores Episcopis, locantes domos usurariis. 4. In alienantes bona Ecclesiæ; vel locantes ultra triennium. 5. In impugnantes in concionibus montes pietatis. 6. In contrahentes matrimonium, si sint in sacris. 7. In fidei resignantes, vel permutantes beneficia. 8. In præsumptentes absolvere à casibus Bullæ Cœnæ.

Contra Religiosos 1. In audientes Leges vel medicinam extra claustra. 2. In habitum temerè dimittentes, vel matrimonium contrahentes. 3. In instituentes novum ordinem. 4. Adeuntes curias Principum, ad nocendum suis monasteriis, vel Prælatis. 5. Tenentes arma sine licentia intra claustra. 6. Non servantes interdictum, quando servatur à Cathedrali. v. *Fili. tom. I. t. 14. 15. ca. 84. Bon. d. 3. p. 5. §. 1 n. 36.*

Resp. II. Supradictis adjectæ sunt à *Tridentino* sequentes, quæ valent, ubi illud est receptum.
1. In imprimentes, imprimi mandantes, vendentes, apud se retinentes, vulgantes libros de rebus sacris,

Mm 2 sine

sine nomine authoris, & approbatione ab Ordinario obtenta. 2. In docentes, non esse necessariam confessionem ante sumptionem Eucharistiae. 3. In raptore mulierum, juvantes, faventes. 4. In cogentes contrahere matrimonia cum præscriptis. 5. In magistratus, qui requisiti non juvant Episcopos, ad restituendam, vel conservandam clausuram monialium. 6. In ingredientes (cuiusq; conditionis, vel sexus fuerint) monasteria Monialium, sine licentia inscripto obtenta. 7. In cogentes mulierem ingredi monasterium, & profleri. 8. In impedientes sine iusta causa, sanctam voluntatem mulierum emitendi vorum. 9. In dominos temporales, concedentes in terris suis locum pro duollo.

ARTICULUS II.

Quæ sint excommunicationes reservata Episcopis?

Resp. Sunt hæc. 1. Quæ contrahitur ex leviper-
cussione Clerici, vel gravi, si sit mulier. 2. In eos,
qui absolti in articulo mortis (a censura, vel pec-
cato habente censuram annexam) ab eo, qui alias
non poterat, non p. æsentant superiori se, post-
quam convaluerunt. v. *Fili. t. 15. ca. 10. n. 2 41.* &
242. 3. In Fratres Minores, si admittant in suis
Eccl. siis, ad officia divina, Fratres tertii ordinis.
4. in procurantes abortum fœtus animati, effectu-
secuto. 5. In eos, qui communicant in eodem ci-
mione cum excommunicatis ab Episcopo. 6. Ex-

omnis;